



25
3
3
15









¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRAN DVLAE IN LIBROS DE INIVSTA EXCOMmunicatione / pro Hieronymi Sauonarolæ Innocẽtia: Ad Illuſtriſſimum Virum Herculem Aeſtenſem.

PROEMIVM.

O PVSCVLVm de iniuſta excõmunica
tionis ſẽtẽtia ĩ Hieronymi Prophetæ
noſtri defenſionem / ut tibi Hercules
Aeſtenſis datã fidem ueluti ex diario
reluam / iam aggredior. Efflagitaſti.n.dum hac
de re ſimul uerba faceremus / ut quæ coram ꝓ tu
tanda illius ĩnocẽtia aduerſus calũniatores attu
leram / litteris aliquanto latius exararem / ꝓmiſi
(quod nũc exoluo) me facturũ / & quidẽ tam li
benter / q̃ uidebam me unica opa & tibi: nec non
ꝓphetæ noſtro ac ueritati ipſi debitã rẽ facturũ.
Illi / ne cõmẽticium & ſubdole fictũ crimẽ tot pręclariſſima eius geſta ad tẽpus aliquod obnubila
ret / lucidiſſimæ quoq; ueritati tenebras fortaſſe
allaturũ: tibi / ne falſa hac impoſtura atq; præſti
gio forſitã mouereris: ſed & alia cauſa ſe his ĩmi
ſcebat / quando anſula hæc dũtaxat / ſolaq; gar
riendi occaſio relicta uidebat̃ maleuolis / bene ſi
bi actum putantibus / ſi fautoribus diuini uiri
obiectare poſſent / defendi ab eis hominẽ q eſſet



ab ecclesię corpore ceu marcidũ & noxium mem
brum anathematis acie resecatũ. Nanq; rationes
eæ / quę pphetias iam publicatas doctrināq; ful
cirēt ab ipsomet allatę / magna ex parte maledi
corũ rabiē cōpescuerāt. In eandem quoq; senten
tiam tum Dominicus Beniuenius / tum alii, ple
riq; scripserāt / modo uerum astruentes / modo
falso resistentes: quod etiam a nobis & sparsim
p lucubratiunculas nostras / & dicatis etiam apo
logeticis factitatũ est. Quare post huius calum
niæ dilutionem nihil putabā residui: quod blat
terarēt / & si dementibus delirandi materia nũq̄
desit. Duos igitur libros institui: Primo genera
lia quædam explicabuntur: quorũ ope tam mul
tipharie q̄ facile muniti: Secundo dehinc sumus
declaraturi / eum neq; culpæ neq; crimini confi
nem. Et sane potuissem hoc officii exequens / in
gens uolumen efficere: cũ adeo multa ab iis qui
de huiuscemodi negotiis tractauere / præsertim
pontificii iuris interpretibus effusa sint / tantaq;
diuersitate & contentione / ut ne legi quidem ab
ociosissimis possint / ne dum narrari ab occupa
tissimis. Delibaui quæ mihi maturiora sunt uisa
eorum more in cōmentando posthabito: & a cre
bris illis allegationibus quæ tedium & moram
lectori plerũq; afferunt / consulto abstinui: ratus
cōmodius & optabilius tibi satisfactũ iri / si quæ
ipsi subobscure & peculiaribus quibusdā notis

idem sæpius repetentes innuunt / & facile & lati
ne aut saltem minus barbare quoad fieri hac in
re a me potuerit / recenserem. Eam autem præfa
ri ueniam nō tibi / qui nos apprime nouisti / sed
apud ignotos / si nostra hæc forte lecturi sunt /
cōuenit: nihil me unq̄ uoluisse assertū / nec i po
sterum uelle / quod ecclesiæ catholicæ dogmatis
dissonaret: cum cuius uis recte definientis decre
to semp acquieturum me / ut christianum homi
nem decet / libere ꝓfitear / ne dum sanctionibus
ecclesiæ & eius legitimorum præsidum assentiri.
Rationibus igitur rem agemus: nitētes diuinis
eloquiis ac pontificiis impatoriisq; legibus / nec
non eorum interpretes atq; in primis theologos
in testimonium citantes.

ℭ LIBER PRIMVS.

ℭ Caput primum. Nullum esse in terris iudicium quod errare quandoq; nõ possit.

ILLVD Autem cõmonuisse i primis expediet solũ deũ, qui a seipso ẽ, oioq; independens, ab omni errore & falsitate prorsus imunem: ab eoq; utpote primaria ueritate & suprema regula quarũlibet functionum, uniuersam substãtiam interdũ flectere & labi, nisi eius ope fulta & directa fuerit. Hominis nãq; naturam ab adolescentia ꝓnam ad malũ cũ sacræ litteræ docent, tum frequens testat̃ experientia! Sed & inter separatas mentes, quas uocamus angelos, error olim peccatũq; irrepsit, & ad infernas mundi partes eorum nõ paruam manũ præcipitem iecit. Et q̃q̃ præter Virginem Christi matrem, quę nullum unq̃ peccatũ fecit, mortalium nõnulli a peccatis eis quę ęterno igne puniunt̃, diuino beneficio exẽpti fuerint: nõ adeo tamen confirmati erant, quin quoquo modo posse a uero excidere censerent̃! Sed perpaucorum etiã nũ hoc priuilegium, illi nãq; inumeri q lata uia gradientes triplici offendiculo cespitãt, tã & si benefic̃etissimi Dei assidua gratiæ influentia resipiscere cõmonean t̃. Verum cũ ecclesiam uti sponsam sibi Christus copulauerit ob continuas demonũ insidias & apta bella, quibus dũ militat in terris assidue quatit̃, decuit ut ei iudiciũ relinqueret:

quo aut decipere aut decipi nõ possit ĩ eis maxi me decernendis / quæ & fidei substãtiam concer nerent / & ad mores ptinerent christianis ad bea titudinem adipiscendam necessarios: eam nanq; sibi in fide & iustitia æternũ desposandam Oseæ pphetæ uaticinio sanxit. Merito igitur statuerũt Theologi & legum Iurisq; piti ipsam uniuersa lem ecclesiam / cum de huiuscemodi causis agi tur / nõ nisi ęquam sententiam ferre posse / Chri sto opem ferente: qui & p eius fide orauit: & cũ ea ad cõsumationem usq; sæculi se pmansurum spopondit: quod irritum foret / nisi id iudicium cõdonasset: quo repudiata falsitate / ueritas eli geretur. At animaduersione dignum / loquutos nos dũtaxat de fidei substãtia & moribus ad sa lutem consequendam necessariis. Atqui id non ab re aut de nihilo dictum / siquidem eam in reli quis errare aliquando / sententia doctorum est / atq; ipsiusmet ecclesiæ consensus: ut ex epistola Innocentii tertii eius nominis pontificis manife ste indicatur: quæ postea a Gregorio nono inter decretales relata est / libro uidelicet quinto: ubi de sententia excõmunicationis agitur / ita nãq; scriptum legimus: Iudicium Dei ueritati quæ nõ fallit / neq; fallitur / semp ĩnititur: Iudicium aũt ecclesiæ nõnunq̃ opinionem sequitur: quam & fallere sæpe cõtingit / & falli: quod liquido con stare uidemus / dum ui excõmunicatiõis ĩterdũ



iubet

quempiam cum aliqua femina tori inire consor tia, qui nihilominus uero apud Deum matrimo nio alteri erit astrictus / utpote cum secunda nup tiali lege palam cõiunctus / cũ prima clam omni busq; semotis arbitris: ꝑpeaq; ecclesiæ sanctioni bus compelletur hęrere secundæ: de cuius cõmer tio idoneis testibus apparebit! Mitto quæ multi doctorum sup huiuscemodi iudiciis elucubraue rint / ne superflue nimis & ambitiose factum a nobis iudices ĩ re admodum nota / uerba prodi gere. Porro ex his cõsequens fiet /, reliqua & con ciliorum & Põtificis iudicia errori ignorantiæq; subiecta: quãdo nec uniuersalis ecclesia a decipu lis eiusmodi exempta est. Hinc pleriq; cum theo logorum tum Iuris ĩterpretum asseuerantissime uoluerunt Pontificem conciliumq; ĩ dirimendis controuersiis hallucinari posse / pro uero falsum ꝓnuntiantes! Præterq; rationes afferunt exẽpla: quãdoquidem & ariminense & ephenum secun dum & aquisgranense / aliaq; nõnulla aberraue runt! Et summorũ pontificum alius arrianæ pra uitati subscripsit! alius Idolis sacra fecit! alius ali ter deuia sectatus est: Quanq̃ sũt qui uelint tam Pontifices summos q̃ concilia legitime congre gata uero semp niti / in iis diiudicandis: ĩn qbus uniuersalem ecclesiã falli posse negauimus! Sed hæc a suscepta disputatione sequestrabimus: tũ quia ꝑpositæ qõnis limites prætergrederemtur!

tum q̄ & ab aliis multipharíã & a nobis etiã nõ nihil i theorematis nostris de necessitate & ordi ne credẽdi sunt pertractata. Hoc nobis sit satis, in dubium apud litteratos haberi, nullum esse i terris iudicium quod errare, labi, decipi nõ pos sit: ut magna ex parte allusisse ueritati thebanũ Cebetem cogitemus, fingentẽ a muliere illa cui nomẽ Apaten, idest fraudẽ eẽ uoluit mortales oẽs seductos atq; errore & ignorãtia potatos.

¶ Caput. II. Multis modis contingere ut excõ municationis sñia ab ecclesiæ prælatis inflicta, irrita & iefficax reddat̃.

EX His facile colligi dat̃, eos qui eccle siæ præsũt, in absoluẽdis puniendisq; subditis multiphariam posse delinque re. Fit enim plerunq; (quod a Gregorio. xvi. ho milia platũ est, et a Gratiano i decretis repetitũ) ut iudicis locũ teneat, cuius ad locũ uita mini me concordet: ac sæpe agit̃ ut uel damnet imeri tos: uel ipse alios ligatus soluat: & sæpe i ligãdis subditis, atq; soluẽdis suæ uoluntatis motus, nõ aũt causarum merita sequatur. Atqui ob id li gandi soluendiq; potestate se priuet, mortifican do animas quæ non moriuntur, & uiuificando quæ nõ uiuunt: quod a Michea legimus expro bratum: ppea põtificio iure decretũ inuenimus, multis modis cõtigere pęnas, quæ a prælatis in fligunt̃, inanes esse, ipsamq; excõmunicatiõis

ſententiam / qua nulla in eccleſia maior / irritam & inefficacem reddi. Nanq; in Decretorum uolu mine cauſa. xxiiii. & qõne. I. Alexãdrum eius no minis ſecũdum Pontificem Valeriano epiſcopo & martyri ſcripſiſſe legimus / ab eo qui aut hęre ticus aut excõmunicatus fuerit / excõmunicatio nis ſentẽtiam nequicq̃ in alium irrogari. Et libro primo epiſtolarum decretalium / titulo de cõſue tudine / extat Innocẽtii Pontificis / eius nõminis quarti / ſanctio: qua edicitur ſententiam / quæ a iudice nõ ſuo lata fuerit / nullã obtinere firmita tem. Decreuit quoq; Gregorius eius nominis no nus / archiepiſcopo bracharenſi ſcribens / irritas eſſe & inanes eas excõmunicationis ſnĩas / quæ a iudice uiolatore ĩterdicti ꝓruperant: ut eſt uide re libro eius opis qnto / titulo de prelatorum ex ceſſibus. Vbi etiãnũ Clemẽs tertius decernit eas non tenere ſnĩas: quæ ꝓmulgatæ fuerint ĩ ſubdi tos ob denegatam prelatis ꝓcurationis exactio nem / cum eccleſias uiſitant / ſi numerum pſona rum ĩ lateranẽſi concilio cõſtitutum exceſſerint. Eodem libro / titulo de priuilegiis Innocentius tertius epũm lingonenſem monet / excõmunica tionis ſnĩam ĩ aliquem contra ſui priuilegii teno rem nequaq̃ ꝓmulgandam. Ibidem Honorius tertius ſeueritate debita eos & epõs & archiepõs caſtigandos ꝓnuntiat: qui eiuſmodi ſnĩas ĩ frau

dem priuilegiorum ferunt. Cæterum Gregorius nonus / quē dudū citauimus / diffinit / uacuam & inanem excōmunicationem / quam effulminauerit is: quem constet ī exequendo officio / limites eius qđ ī mandatis a superiore habuerat prætergressum: queadmodum apparet libro tertio decretalium / titulo de præbēdis & dignitatibus Capite ultimo. Libro item sexto eiusdem operis Bonifatius octauus eius nominis pontifex / edixit pęnas eas ī uanum iactari / quæ ferebantur a prælatis ī subditos insinuantes inquisitoribus: uel apostolicæ sedis legatis statum / ecclesiarum monasteriorum ue / quę corrigi p eos & reformari oporteret. Ex epistola quoq; Innocentii tertii ad archiepiscopū sennonensem quæ qnto libro decretalium sita est titulo de sententia excōmunicationis / colligit̄ sentētiam eam quæ uel post legitimam appellationem infligitur / uel intollerabilem errorem cōtinet / uiribus cassam esse: cui Innocētius quartus ī concilio lugdunensī astipulatus est: quod licet uidere libro sexto: ubi đ sententia excōmunicatiōis pariter agit̄ / Capitibus secundo & septimo. Eodem ī concilio statutum fuit / excōmunicationis sententiam ī collegium non irrogandam: atq; illam nihil habere uirium: quam iudex tulerit ī participantes cum excōmunicatis loquutione & aliis / quibus minor excō

municatio incurritur: nisi eos prius canonice mo nuerit: ut liquido apparet tertio & quinto Capi te tituli eiusdem. Sed & Nicolaus abbas Panor mitanus qui plurimum ĩ usu inter pontificii iu ris interpretes libro decretaliũ primo / titulo de rescriptis Cap. xli. et libro tertio / titulo de censi bus. c. vi. et etiã alibi / docet excõmunicationem nullam esse / cum ob causam notorie iniustã fue rit irrogata. Possem & alia cõnumerare / quibus huiusmõi censuræ fiunt inefficaces: ea tamẽ con sulto prętereo / cum ne morosior euadam / tum quia celebres iuris pontificii ĩterpretes eas recen sent / & ĩ promptu sunt eorũ libros lectitãtibus.

Caput. III. Aliquos esse ex supra memoratis casibus / quibus summorũ etiam Põtifi cum sentẽtiæ irritæ fiunt: inter quos est error intollerabilis: & q sit / & quõ debeat ĩtelligi / declarat.

CVM IGITVR omnis excõmunicatio quæ ĩ eiusmodi casibus inflicta fuerit langueat prorsus / & uires amittat: (iu dicandũ enim de futuris omnibus p ea quæ iam diffinita sunt / ut est Gregorii eius nominis noni pontificis edictum ab uniuersali ecclesia receptũ in ipsa decretalium epistolarum publicatiõe) be

ne actum nobis fuerit / si aliquem inuenerimus / quo Hieronymum Sauonarolam a falsa suspitio ne & calumnia uindicemus. Et quanq̃ hi / quos memorauimus / modi summorum Pontificum sententias non omnes retundant: aliqui tamen sunt / quibus ipsæ omnino infringuntur: Ac ut alios omittamus / ille q error intollerabilis nun cupatur / nobis desummendus erit: Sed primo quid sibi uelit quoq; modo intelligendus pro uirili explicabimus. Innocentius tertius / ut con stat libro sexto decretalium / titulo de sententia excõmunicationis Capite septimo / errorem ĩtol lerabilem definit ĩ sententia patenter expressum: cum aliquid sub ui præcepti uel mandati aperte in ea continet̃ quod cõmuniter uel in genere suo peccatum est: Consentiunt ĩ hoc interpretes tam hunc locũ ptractantes q̃ eiusdẽ pontificis ad ar chiepiscopũ sennonensem epistolam: quam pau lo ante memorauimus. Addit̃ ab aliquibus quo tiens quid contra ius scriptum pronuntiatur / pa ri erroris nomĩe debere censeri: Item dũ aliquod aut turpe aut impossibile præcipitur: Nanq; eo rum quæ fieri nequeũt / nullam esse obligationẽ tam canonicæ leges in sexto libro decretalium / titulo de regul. iuris / q̃ ciuiles eodem titulo in Digestorũ uolumine astruunt. Cuius opis libro xli. titulo quæ sñiæ sine appellatiõe rescindãtur

lege ultima / ex Pauli iuriscõsulti auctoritate pariter decretũ est / impossibile præceptum iudicis nullius esse momenti: qui etiam nũ rescripsit / ab ea sententia cui pareri p rerũ naturã non poterat sine causa appellari. Sed tã remotas auctotitates consectari nõ est necesse: Cum nobis dei maximi & optimi clementia consertũ inditũq; sit / nec in peccata declinandũ / nec queq̃ illi efficiendo adstringi posse / quod supra suas est uires collocatum / nec turpe ullo pacto opandum / a quo tam abhorret natura / ut Aristoteles eius interpres / in ethicis censuerit optabilius esse hac uita excedere / q̃ turpe quicq̃ opari: ut omittam quid sacræ litteræ præcepint.

¶ Caput. IIII. Quid deinceps agendum. Item qd pprie sit excõmunicatio: & de causis ob quas infligenda est.

ENimuero prius q̃ ipsam defẽsionẽ aggrediamur (qđ secũdo libro agendũ nobis ẽ) fecisse opepretiũ uidebimur / si de causis / ob quas ferẽda est excõmunicatiõis sentẽtia / paucula delibemus. Et cũ multipharia exorbitare prælatos monuerimus: ne inde occasio prauis hominibus contemnendi eorum præcepta daretur / de obedientia quoq; nõnulla plo qui oportunũ fuerit. Deinde cũ satis constet uulgatũ illud dictũ / Sentẽtia pastoris siue iusta siue

iniusta fuerit timenda est / pperam uulgo usurpari solere: quo intelligi debeat / declarare pluribus enitemur: primũ igit̃ primitus exequamur.

¶ Theologorũ Iurisq3 interpretũ omnium cum ueterum tum nouorũ sententia est / neminem temere leuibusq3 de causis anathematis mucrone feriendũ. Siquidem nullam atrociorẽ penã ipsa excõmunicatione maiori / de qua nobis in toto ope sermo & quæ pprie hac nomenclatura censetur / in ecclesia reperiri cõtingit: est enim separatio ab ecclesiæ cõmunione quo ad fructum & generalia suffragia seu a qualibet licita cõmunione fidelium segregatio. Quare i agathensi concilio statutũ legimus / episcopos non debere eos qui minimis causis culpabiles essẽt / excõmunicare: Sanctum pfecto decretũ & sacris litteris mirifice cõsonans / quando i eis repiri nõ datur quẽquã nisi p enormi scelere anathemate damnatũ / atq3 id etiã praro. Frequentior postea usus i ecclesia: quem moleste admodũ fert & dãnat Ioãnes Scotus theologus insignis distinctiõe decima nona & uigesima quinta quarti libri sentẽtiarũ / ibi fatuam ad ferendas sententias pnitatem carpens: hic maximũ numerũ earũ / quæ a iure infligũt̃ / excõmunicationũ detestans. In cõcilio quoq3 aluernẽsi determinatũ est / a nullo sacerdote quẽq̃ rectæ fidei hominem p paruis & leuibus causis debere ab aliorum cõmunione suspendi: Præter

eas culpas ꝑ quibus antiqui patres arceri ab eccle
ſia delinquentes iuſſerũt. Verum quas ob cauſas
id fieri ſolitũ eſſet / cõcilii meldenſis canone col
ligitur: quo ꝓmulgatũ eſt / ab epiſcoporũ nemi
ne ſine certa & manifeſta peccati cauſa quéq̃ a cõ
munione eccleſiaſtica priuandũ: neq; ſub anathe
mate abſq; cõſcientia archiepiſcopi aut coepiſco
porum ullum eſſe ponẽdum: niſi canonica doce
ret auctoritas: Cum anathema æternæ ſit mortis
dãnatio: neq; debeat iſligi niſi ꝑ mortali crimīe:
atq; illis pręſertim / q̃ aliter corrigi nõ potuerũt:
ppea crediderim a pleriſq; doctoribus in quartũ
theologicarũ ſentẽtiarũ librũ / diſtinctiõe. xviii.
& Thõma ĩ primis aquinate diuini ingenii uiro
binas has cauſas excõmunicãdi hoĩs aſſignatas:
peccatũ dignũ æterna morte & cõtumacia. Cum
enim q̃ eccleſiæ præeſt / p excõmunicationis gla
dium ſubditos quodãmõ a cęleſti regno pręſcin
dat / in eos dũtaxat id perpetrandum / qui indĩ
gni ſunt ſuꝑna patria: qua omnes qui charitatis
erunt compotes / dominabunt̃: priuabunt̃q; qui
peccato mortali ĩfecti fuerit: Quare quos labefa
ctatos eo crimine cõſtiterit / ii eiuſmodi pęna po
terũt mulctari: At quia nihil atrocius ab eccleſia
erumpe poteſt / pęnasq; comparatiõe medicina
rum ꝓpinari ægrotis debere Ariſtoteles. ii. ethi
corum libro ediſſerit: quas ſi prudens fuerit me

dicus / nec uiolẽtas / nec graues / nisi cum necessi
tas postulat / exhibiturus est! Iccirco ĩ eum etiam
q crimĩe morte digno obuolutus erit / nisi idem
fuerit cõtumax / minime adigenda. Assentit Sco
tus.xxv.distinctione mox citata: inquiens neq;
a iure neq; a iudice debere infligi ꝑ quocũq; pec
cato mortali / sed graui / cui adnexa sit contuma
cia! nam q̃diu paratus quispiam est audire eccle
siam / publicanus & æthnicus non est habẽdus!
quandoquidẽ ex Christi dogmate pęna eiusmo
di seruanda est extreme contumacibus. Qui aũt
cõtumaciæ nota censeantur / tam in decretis plu
ribus ex locis q̃ in decretalibus licet deprehẽde
re. Extat inter alia concilii triburiensis sanctio!
quæ tria cõtumaciæ genera ob quæ dubio ꝓcul
infligi excõmunicatio poterat / recenset: cum ui
delicet quis ad synodum canonice uocatus uel
uenire contemnit / uel si postq̃ illuc uenerit / sa
cerdotalibus respuit obedire præceptis: uel si an
te finitam causæ suæ examinationem a synodo
abire pręsumit: Triphariam autem quispiam exti
matur contumax ad synodum / iudicium ue nõ
accedens / ut est uidere secundo libro decreta
lium: ubi scribit̃ / testes lite nõ cõtestata merito
admittendos: si is in quem fuit actio dirigenda
aut pemptoria citatione recepta uenire cõtẽnit /
aut seipsũ malitiose occultauit: aut impediuit /

ne possetad eum citatio puenire. Et libro quinto eiusdẽ uoluminis titulo de uerborũ significatio nibus Capite uigesimo tertio / eũ cõtumacẽ iudi cãdũ apparet q iussus/emẽdare maleficiũ noluit.

¶ Cap. V. De obediẽtia subditorũ erga prelatos

CAeterum ne omnis inobedientia contu macia iudicaret / quoniã q precipienti iniuste nõ paret tantũ abest ut penam mereat & dedecus / ut etiam gloria & premio sit puehẽdus! de obedientia subditorum erga prælatos cõsequenti ordine quæpiam tractabimus. Cum Ii qui aliis præsunt quãtum ad hoc attinet uice Dei fungant in terris / oĩs siquidẽ potestas est a Deo / preceptis eorũ audire conuenit! pp ea princeps apostolorũ secundo capite epistolæ primæ inquit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ pp deum / siue regi quasi præcellenti / siue ducibus tanquã ab eo missis. Et magister gentium Tito præcipiebat ut quos instruendos susceperat admoneret / principibus & potestatibus (quãq ethnicis) subditos esse: neq; enim (ut Thomas docet) fides christi iustitiæ ordinem aufert: qua exigitur ut supioribus suis inferiores obediãt: alioquin rerũ humanarũ status corrueret. Verum scire oportet quatenus hæc obediẽtia extendenda: nanq; omnibus parere impiis nec necessariũ nec consentaneum rationi! fieri enĩ posset ut uel delira / uel nocua / uel diuinæ legi aduersa præ

ciperentur: ut rectissime scripsisse Gregorium de prehendamus, admonentem subditos plusq̄ expedit nō adstringi supiorum mandatis: ne cum studerent plus q̄ necesse est, hominibus subiici compellerentur eorum uitia uenerari: ni forte q alios regunt, supra humanam naturam collocatos existimemus, uariisq; affectionum motibus nō repelli. At dum ira inflāmant̄, iuidia rodut̄, damno mouentur, efferuntur gaudio, difluunt libidine: & quod est exitialius, circeis (ut sic loquar) poculis deformantur in bruta: aliosq; etiā & sibi similes euadere, & rōne posthabita obbrutescere pcurant: Ob id a uiris sanctissimis, qbus ecclesiæ instruendæ cura olim incubuit, edocta est posteritas, cauendum sibi ab iniquis impiis, eorumq; quibus subsūt metiendam auctoritatē: Et si illud iuberis, quod facere non debeas, contemnendam esse potestatem: quod Augustinus inter alios asseuerauit. Scripsit quoq; Hieronymus Pauli epistolā ad ephesios enarrans, subiiciendum esse domino seruum: si ea quæ aduersa non essent sanctis scripturis pręcipentur. Si uero mandarent̄ cōtraria, magis spūs domino q̄ corporis obediendum. Rursus ipsos humanarū legum gradus aduertendos Augustinus censet: a quibus si diuersa manauerint iussa, maiori seruiendum, illudq; semp ante oculos habēdum: ne aut minis aut illecebris hoīum iussa dei man

datis præponamus: qđ christianos illos milites q sub Iuliano impatore nequissimo stipédia me rebãt / obseruasse / tã ipse q̃ Ambrosius scribũt. Possent mille huiusmodi sñiæ afferri: quas breuitatis gratia dimittam: cũ lumẽ diuini uultus sup nos signatũ binas has apostoli sñias uero ueriores esse demõstret: & omnẽ animã potestatibus sublimioribus subditã esse / & Deo magis q̃ hominibus obedire oportere. Illud aũt minime prætereundũ: qđ Thomas aqnas & doctrĩa & iudicio & uitæ pfectiõe mirabilis / multis ĩ locis lucubrationũ suarũ præsertim postrema parte secũdi uoluminis theologicæ sũmæ docuit: queq̃. s. ad obediẽdũ supiori nõ obligari: nisi in qbus ei subdit̃: ppea nec quo ad interiorẽ uoluntatis motũ (qđ & Seneca uoluit): nec quo ad naturã corporis homini hoĩem subiici: sed ĩ his dũtaxat / quę ad actuũ rerũq; humanarũ dispositionẽ ptinẽt: atq; ĩ hoc etiã secũdũ rõnẽ supioritatis: sicut miles duci exercitus: ĩ his q̃ spectãt ad bellũ: seruus dñõ / quo ad seruilia opa exequenda: filius patri / ĩ his quæ cõcernũt uitę disciplinã curãq; domesticæ rei. Ab eis q in sæculo degũt / spũalibus prælatis obtẽpãdũ ĩ his uirtutũ opibus quæ necessario a christianis oĩbus patrari debẽt: Illos uero q religionũ uotis mancipati sunt / ipsis obnoxios reddi q̃tũ ad illa quæ possũt ad regularem cõuersationẽ pertinere: secũdũ quã subiectos se

pſitentur. Triphariam quoq; eorũ obedientiam partitus eſt: ut ſit quæ ad ſalutẽ conſequẽdam ſufficiat, qualis ea qua neceſſariis (ut ſupra diximus) operam nauãt: Quæ cumulũ perfectionis attingat, cuius ui omni mandato, qđ liceat obſequant̃: Quæ ĩdiſcreta, ob quã ſine delectu paſſim quæcunq; iuſſa capeſſant: In his etiã quæ aut diuinæ legi, aut regulæ quam ſunt profeſſi, refragantur obedientes. Cæterum memoriæ eſt proditum a pleriſq; (qđ hinc forte ſumpſit exordium) eſſe quę ſupra, quæ contra, quæ præter, quæ ſecũdũ regulam pręciperent̃: & ei dũtaxat, cuius poſtremo facta mentio eſt, neceſſario obediendum: reliquis aſtringi neminem: Nãq; contra eam cum quid iubetur non teneri quẽq̃ præcepto, docet Decretalium gloſa super. xliii. Capite tituli de ſymonia: qđ Innocentius ibidem & confirmat & auget. Arnoldus quoq; ĩ ſumma ſua, ut refert Io. beetes in ſermonibus de decem præceptis, obedientiæ quempiam non obligari narrauit: niſi dũ iuxta ſuam cuiuſq; uiuendi normam aliquid præcipiebatur: ab ea autem eximi, ſi contra mandabatur: ac præſertim ſi uita laxior indiceretur. Egidius item Rõmanus ĩ ſecundum ſnĩarũ librũ diſtinctiõe. xliiii. decernit ſubeundã potius mortem q̃ præceptis illicitis obtempandum: atq; ipſi Põtifici nõ modo contra ius diuinum, ſed etiam naturale imperanti, nullo pacto

parendum: nec subditos ullo modo prælatis ob
sequi debere / si aut quicq̃ eorũ / quæ supra dixi
mus / aut regulæ quam sũt ꝓfessi / aduersans iu
beãtur. Scribit & Innocẽtius sup. xlii. capite titu
li de sentẽtia excõmunicatiõis libro. v. nõ solum
mãdato Papæ / qđ cõtineret heresim non obediẽdũ
esse: sed nec præcepto iniusto / quo uehementer
præsumeretur ecclesiæ status / ꝑturbari / uel etiã
forte alia mala inde uentura. Malum autẽ iuxta
dogma Dominici de sancto Geminiano in. vii.
caput đ snĩa excõmunicatiõis libro sexto dicit /
qđ tale est ex suo genere / & prima fronte malũ
apparet: licet aliqua latenti causa possit excusari.
Pari pacto nec præcepto iniusto aut inhonesto
aut incõmodo acquiescendũ docet decretorum
glosa sup tertia qõne undecimæ causæ! & confir
mari facile põt ꝑ ea quæ a Nicolao abbate Panor
mitano sup. xlii. capite tituli đ snĩa excõmunica
tionis libro qnto decretalium afferuntur! Per ea
item quæ legi conueniunt / ut inter alia sit iusta /
honesta atq; possibilis! quæ conditio omni man
dato subaudienda est: quemadmodũ præter id
quod supra docuimus / colligi datur tam ex epi
stolis Alexandri & Innocentii eius nominis pon
tificis tertii / positis secundo Decretalium libro
titulo de iure iurando Capitibus. x. et xvii. q̃ ex
glosa in secundũ Caput de uoto libro tertio. Du
bitatũ aũt cum a theologis / tum ab ĩterpretibus.

põtificii iuris esset / ne his qui præsunt parendũ cũ eorũ præcepta utrum sint illicita / sub dubio uersaṫ / decretũq; est q̄ diu ambigitur / utrũ recte sint ĩpata necne charitati ue cõsonẽt / an aduersẽṫ / iugũ subeũdũ eẽ : cũ obediẽtia q̄ nõ medio cre bonũ est / digna sit premio: nec ullũ temere le uibusq; de causis pperam mandauisse quicq̄ existimandum. At si forti cõiectura moueamur / & in sinistram partẽ uergat rõnis libra / ab exequẽdo officio supsedẽdum / donec de iussionis uel æquitate uel iniquitate constiterit. Fieri enim facile potest / ut uel malitia ppria uel falsis suggestionibus moti qui præsidẽt / subiectis aut quæ fieri licet phibeant / aut non cõmittenda demandent. Quare minime obeundum id officii subdito est: & quare non obtẽperauerit prælato / significandum. Propterea Alexander tertius eius nominis pontifex rhauennati archiepiscopo scripsit / si quando ei dirigebat aliqua quæ ipsius animum exasperare uiderentur / turbari nõ debere / sed qualitatẽ negotii p qua scribebatur / diligenter considerando aut mandatũ reuerenter adimpleret / aut p litteras quare adimplere nõ posset / rõnabilẽ cãm prætẽderet: cũ patiẽter sustineret / si id minime fecisset / qđ fuisset sibi praua ĩsinuatione suggestum / ut traditur primo decretalium libro / titulo de rescriptis / capite quinto: qđ pertractãs Abbas Panormitanus / affirmat: Si quicq̄

obeundum cuipiam mandator etiã sub excõmu
nicationis pęna statim / nisi paruerit incurrenda:
& ob præcepti executionem timetur maximum
scandalum : uel de mente Principis ambigitur li
cere illi ab implendo iussu cõtinere se / atq; rescri
bere. Illud etiam adiecit / si cõtingat ut ei / cui prę
cipit̃ soli / notum sit ĩ mãdato cõtineri peccatũ /
tam & si Princeps ex iustitia agere se credat / a na
uanda opa abstinendum: nitens ꝑ fundamento
tertiodecimo Capiti de restitutione expoliatorũ
secũdo Decretalium epistolarum libro: ubi Inno
cẽtius tertius archidiacono bituriẽsi scribit / Mu
lierẽ eam quæ conscia est se matrimoniũ contra
xisse ĩ gradibus cõsanguinitatis diuina lege ꝓhi
bitis / potius excõmunicatiõem sustinere debere
q̃ uiro ad iudicis impium cõiungi. Idem Abbas
tertio libro sup capite sexto de prębẽdis & digni
tatibus multa monet / multa docet / quibus præ
latorum impia subditos declinare deceat. Extat
quoq; Accursii Florentini glosa ĩ primũ codicis
Iustiniani librum / titulo si contra ius uel utilita
tem publicam. l. iii. Et ĩ autentico uolumine / titu
lo de mandatis Principum repetita / arguens mi
seros prælatos q metu iniquis iussis obtempan
tes / ueritatem minime sequunt̃: cum secus agen
tes & Deo & Papæ magis obsequerent̃. Hæc uo
luti in transcursu de obedientia subditorũ in prę
latos enarrasse sufficiat: nã meo iudicio non est

quicq̃ afferre/ cuius ope qui ſubeſt præſidis im perium declinare queat: quod aut nõ recenſue rimus/ aut ſub quopiam eorum capitũ/ quæ me morauimus/ collocari non poſſit. Illud in calce monendũ/ ꝙ ſi aliquid mandet̃/ quo nõ oblige tur quiſpiam/ neq; etiam excõmunicatiõe ob id inflicta obligari: Nam ſi præceptũ non tenet/ nõ tenet excõmunicatio: ut docet Bladus ĩ ſextũ Iu ſtiniani codicis librũ/ titulo đ teſtamẽtis. l. xxiii.

¶ Cap. VI. Notũ illud dictũ/ ſnĩa paſtoris ſiue iu ſta ſiue ĩiuſta timẽda ẽ/ ꝑperã uulgo uſurpari.



INC OPORtune explicandum occur rit/ nõ adeo (ut uulgus autumat) ab iniqs ſẽtẽtiis formidãdũ: Inualuit enĩ apud multitudinẽ coſuetudo/ ut maiori cũ cęle britate ꝓferat̃/ Metuendã eẽ ſnĩam Paſtoris ſeu iuſta ſeu iniuſta fuerit/ q̃ ex duobus charitatis mãdatis pẽdere legẽ & ꝓphetas: atq; utinã qd pa ſtor/ qd ſnĩa/ qd iniuſtũ ab illis dignoſceret̃: nã uti ſẽſu aliquo uerũ qđ effant̃/ ita & aliquo falſũ exploſa ignorãtia iudicarẽt. Primo et. n. ſatis cõ ſtat oẽm excõmunicatiõis ſnĩam (id enĩ ipſi ĩtel ligũt) timẽdã nõ eẽ: Alioqn fateri oporteret eam q̃ cuipiã ob adoratũ xp̃m ĩfligeret̃/ parit̃ metuẽ dã. At ĩqent fortaſſe/ a paſtore ullo erũpe nõ poſ ſe eiuſmõi facinus: nec ſi erupit/ ſnĩę appellatiõe dignãdũ: reſpõdebo uiciſſim. Quãtũ me dubita re licet đ quopiã/ paſtor ne ſit/ an lupus tãtũ de

sententiis ipsius ambigere / cum extra controuer
siam sit / nullũ qui uere & ꝓprie sit pastor / oues
& arméta disperdere / & feris ĩmanibus dilaceran
da cõmittere: sed cũ sub ouium uestimentis rapa
ces latitare lupos a Christo Deo nostro edocti si
mus / eosq; ex ipsorũmet opibus cognosci / cõsi
deranda esse multa crediderim / & qua pietate &
prudentia decet prælatorum iussa examinanda.
Quandoquidem tam ignorantia iuris q̃ malitia
errare & labi sæpenumero possunt! & ꝓpea iniqs
eorum sententiis nequaquam acqescendum: Si
quidem refutare eas quandoq; / ne dum aut nõ
timere aut nõ recipe consentaneum. Angelus cla
uasinus ĩ sũma sua qndecim enumeratis modis
quibus excõmunicationis sñia labefactatur / sub
dit / ĩ omnibus illis sñiam nullo modo timendã
esse quo ad Deum aut quo ad ecclesiam: si noto
rie de ipsorum quopiam constiterit: & recte qui
dem. Si enim secundum ciuiles leges non est me
tuendum filiis quacũq; exheredatione / sed quæ
legitime facta fuerit / submoueri se a bonorum
possessione cõtra tabulas / ut scribitur. xxxvi. li
bro Digestorum octaua lege! quanto minus no
bis formidandum erit / ut iniuste uexati aut ab
æterna hęreditate in ipsa iustitia stabilita dimo
ueamur / aut de matris eccelíæ gremio quæ cul
trix & auctrix est iustitiæ / deturbemur. Porro ex
cõmunicatiõis sñia uires ex iustitia summit! qua

destituta / languet & emoritur. Rursus cum multæ earum sint / quæ omnium Doctorum consensu nullæ appellantur / eas itidem non esse ꝓprie ac uere colligere possumus: qđ uero nō est / nec uim potestatéq; ullam habere / nec cuiuspiam effectus causam esse posse / adeo patet / ut ꝓbationis luce non egeat: q̄ꝗ suffragatur tam Alexander de hales ī ultima parte theologicæ summæ / docēs iniustā excōmunicatiōem nequaꝗ / nisi secūdū inanē uocē / excōmunicatiōis appellatiōe cēsēdam: quā Thomas aquinas. xviii. distinctione in quartum sniarum librum scribens / eam excōmunicationis sniam quæ eiusmodi errorē claudit / quo nulla reddat̄ / neq; ullum effectum parere / neq; excōmunicationem esse: Quid? qꝙ Gelasius pontifex orientalibus epis scribit / excōmunicationem iniustam ex eo curari non debere qđ nec apud Deum nec apud ecclesiam quisquā potest iniqua snia grauari / ut ī Decretis est uidere: ubi etiam scribitur aliud esse terrenam sellam aliud tribunal cæleste / ab īferiori accipi sniam / a supiori coronam. Item si quisquam fidelium fuerit anathematizatus iniuste / potius ei obesse ꝗ facit / q̄ qui hanc patitur iniuriam: Et Solomon prius in hanc sentētiam loquutus / sanxit / male dictum frustra ꝓlatum / sup eum uenire / a quo missum fuerat. Rursus Augustinus sup psal. qđ

in decretis etiam allatum est / iusto cui maledice
batur iniuste / premium reddi cēsuit. Scribit præ
terea Io. Gerson christianissimus theologus in li
bello đ excōmunicatiōibus & irregularitatibus /
excōmunicationes iniustas aliquando nō repel
lere fatuo timori / asininæq; patientiæ ascribēdū
esse. Idem ī quendā Pōtificis uices gerentē / pecu
liari tractatu īuehitur: q in suis scriptis clausulā
hāc apposuerat / Snīę nostræ etiā si eēnt iniustę /
sunt tenēdę & timendæ. Glosa quoq; Decretorū
sup tertia qōne undecimæ causæ capite. lxv. asse
rit posse eum iudici uiolenter resistere: cui consti
terit sententiam iudicis iniquā esse. Et Ioannes
de baccone in quartum librum sententiarum di
stinctiōe. xvii. qōne & articulo tertio tradit eum
qui excōmunicatus fuerit ob iustam causā / mo
do id sit occultū / posse oīum ecclesię ordinum
officio fungi.

Cap. VII. Quomodo debeat intelligi.

OSTEndimus sententias excōmunicatio
nis iniustas quādoq; nō timendas / nūc
eas & aliquando formidandas fore / &
qūo elogium illud Gregorii intelligi debeat / p
uirili declarabimus: qđ facturis nobis / res ipsa al
tius repetenda est. Tripliciter snīa excōmunica
tionis iniusta censetur a Theologis & canonum
interpretibus; & cum iuris prætermittitur ordo /

& cum de prauo animo promitur: falsa ue & ini qua causa ꝓnuntiatur / prauus animus in causa esse non põt / ut timeri nõ debeat / si is in quem ꝓmulgatur: alioquin sit anathemate feriendus. Iuste enim tum subditus patitur tam & si iudex agat iniuste: posthabito quoq; ordine si senten tia feratur / non usq; quaq; paruipendenda: nisi ob aliqd eorũ quæ supra memorauimus uiribus effeta redderet̃. At pp falsam & iniquã causam iam minime timenda est: nisi forte ob scandalũ ĩ qd̃ inde rudes impingerent̃. Est enĩ magnope ratio ꝓximi habenda: qd̃ unicuiq; Deus manda uit / ut scribitur in sacris litteris: Abstinendumq; uigili cura ne aliquod ei offendiculum nostris opibus præbeamus. Propterea tam & si qspiã cõ scius sit cõtra ius fasq; anathemate se mulctatũ / nihilominus si aut falsitas hæc & iniquitas palã non est / & timere & obseruare eam debet quo ad ueritas eluceat. Fieri tamen posset / ut oporte ret statim quid esset in causa / manifestare: dum inde præiudiciũ aliquod ueritati pullularet: tum instruendi quibus cum uersaremur / et auferen da scandali suspitio quantum ad nos attinet / & aduersus illam agere oporteret. Præterea glo sa Decretorum timendam astruit / nisi aut intol lerabilem errorem contineat / aut post legitimã appellationem feratur / aut ꝑ exactionibus inde

bitis effulminetur. Alii metuendam dicunt / modo non sit inualida / alioquin sententiæ nomine non dignandam: quibus autẽ modis id fiat / supra ex parte narrauimus. Carere quoq; eius metu nũ debeamus / dum iuste fuerit illata necne / in ambiguo uersaẽ: Alioquin metu quoq; diciẽ carere nos posse / modo ex sũpbia minime contemnatur. Cæterum ex iis quæ subduntur a Gregorio intentionis eius notitiam capimus: Si quidem: ut recte ab Hilario quarto de trinitate libro definitum est / & in decretalibus titulo de uerborũ significatione repetitum / dictorum ĩtelligentia ex dicẽdi causis est assumenda: Subiecit enim statim / ne is cui infligitur eam ex alia causa mereaẽ: dans ĩtelligere eatenus iniustam sentẽtiam timeri deberi ab aliquo / quatenus ei ambigẽdũ ne quopiã occulto crimine ipsa pena dignus sit / uel tacite innitẽs eam quæ suapte natura iniusta esset / iustam ex cõtemptu reddi posse. Iniustam igitur sentẽtiam p se metuendã nequaq̃ statuit: sed ob aliud / quasiq; dixeris ex accidẽti: Et ĩ hãc sñiam loquens Petrus d Palude. xviii. distinctione quarti libri sñiarum ꝑdit / excõmunicationẽ iniustam pp culpam rõne scãdali / ut supra ~~noui~~ monuimus / metuendam: Sed nullo pacto ob iuris penã / cũ in nullã incidat penã / q sñiam irritã minime custodit / si ueritati ipsi niti uoluerimus.

¶LIBER SECVNDVS.

¶Caput Primũ. Quid supiori libro actũ: quid deinceps agendum.


VNC TEMPus postulat ut defensionem ipsã cominus aggrediamur: Iactis enĩ supiori libro doctorum sententiis instar fundamentorũ ueritatis / sequens est edificium eius erigere: Ex re quippe fecisse nos credimus de iudiciorum infirmitate ĩprimis ptractare / deq; spẽbus excõmunicationis iniustæ nõnulla recensere: & quã ob cãm ipsa sñia ferẽda esset! De subditorum item obedientia erga prælatos / atq; de timore ipsius excõmunicationis iniustæ: non solũ ob id q̄ hęc p se cognitu utilia & digna sint: uerum q̄a his p̄spectis & ad memoriã reuocatis / cõmodius exactiusq; pphetam nostrum ab iniuria irrogatæ calumniæ contractæq; suspitionis asseremus. Namq; ut Aristoteles sapienter libro primo Physicæ auscultationis monet / a cõmunioribus exordiẽdum est: qui & tertio primæ philosophiæ docet ueritatis cognitiõem eorum quæ ĩ dubium reuocantur / solutionem esse. Facilius eteni cõstabit potuisse ĩ eum pperam infligi sñiam / cum prius & omne mortalium iudicium quandoq; falli & excõmunicationes multas esse palam sit: quæ irritæ & inefficaces suapte natura reddantur. Demũ expeditius mõstrabimus eum ab omni credita culpa alienum: & quia iure man

dato rescripsit / & qa falsa ex causa uexatus est / & qa id qđ nec fieri poterat / nec debebat / tanq̄ & rectū & facile factu / hostibus ueritatis ita pontifici maximo suggerētibus / in mādatis habuit! Monstrabimus hæc inq̄ : postquam luce clarius ostensū iam est / & a pręceptis īplendis abstinere atq; rescribere unūquéq; posse / q ea iniusta & nocua crediderit / penasq; non nisi ꝑ causa idonea nō aūt comēticia & falsa infligendas: iustisq; tantū iussis / & quæ obire sit ī facultate nostra acq̄escendum! nec ab omni excōmunicatiōe / quæ iniusta sit / formidandū. Exeq ergo quod polliciti sumus / exordiemur: si prius causam / ob quam multi ꝓphetam nostrum excōmunicatū autumarint / paucis subiecerimus.

¶ Cap. II. Ob quā cām pleriq; Hieronymū Sauonarolā excōmunicatū autumarint.

EPISTOla quædam ex eorum numero quæ breuia uocant / sub pontificis nomine Florentiam delata est: Cuius erat summa: Hieronymū ipsum pnitiosam doctrinā in ea urbe seminasse: monitum / nō cessasse. Cæterum pręceptum ei sub pena excōmunicationis latæ sniæ / ut conuentum sancti Marci Florentiæ situm cōgregationi cuidam / quæ uocabatur Romanę & thuscię ꝓuincię / copularet: nō paruisse: ecclesiasticam cēsuram spreuisse / in ea ptinaciter pseuerare! ob id mādari / ecclesiarū ministris sub

eadem pena Hieronymũ excõmunicatũ declara
rẽt: subditosq; monerẽt, ei nullo pacto cõmuni
candũ: sed tanq̃ ab ecclesia præcisum atq; suspec
tum criminis hęreseos euitandum.

¶ Cap. III. Ex ipsa causa elici argumẽta defensio
n's. Et primo ꝙ male cognita res fuit Põti
fici, utpote subdole ab iniqs suggesta.

EX snia huius epistolæ tantũ aberit, ut
ꝓphetã spiritali laqueo irretitũ creda
mus: ꝙ etiã inde ꝓtutãda ipsius inno
centia ualidas rõnes sumemus. Primo nãq; male
cognita causa ẽ põtifici: ob quã ꝓferri anathema
ueritatis hostes ꝓcurauerunt: cũ tamen ĩ eo infli
gẽdo requiri ordinẽ causæq; cognitionẽ & ratio
cõuincit & decretales multæ glosæ atq; ipsa etiã
decretorũ glosa astruat in primũ caput. iii. qõnis
undecimæ causę. Quis. n. ambigat aliũde q̃ malo
zelo, q̃q; ignoratiõe causæ ꝓuenire, ut enũcieẽ
Hieronymũ Sauonarolã, q nil docet pręter Chri
sti uerba, falsã ĩ animarũ pniciẽ doctrinã sęuisse:
Hoc oibus notũ: q aut illius uidere scripta, aut
sermões ad populum habitos audiuere. Hoc uel
pueri norunt, qđ & hostes ueritatis q̃q̃ ore dissi
mulant, pectore tamen nõ diffitentur. Suggesta
Pontifici sunt a perfidis hominibus huiusmodi
contra ĩnocentissimum uirum nugamenta: quæ
credita fecere, ut in cõminanda pena maturior
causę disquisitio nõ expectaretur: quæ aũt falso

nitunt̃ / corruant est necesse! Huiusce quippe si nistræ ꝑsuasiõis gratia prauis cõsiliis auscultatũ est / ex re esse relligionis / fratres eos / q sub Hie ronymo degebãt / aliis quos reformandos dice bant / copulari / idq; in ipsius arbitrio sitũ : q dũ de cõficiendo negotio tentatus rei uti ꝑnitiosæ abnuisset / incaluit ardor sæuiẽdi / effecitq; ut pę na pontificio mandato necteretur! qđ cum & ra tione duce & patrocinante iure declinasset / Ni hilominus effera luporum rabies / sub ouina pel le delitescens / potens adeo fuit / ut contemptor ecclesiasticæ maiestatis insimularetur : & extorta e palatio epistola / uti contumax / anathemate ꝑcussus / & hęreseos suspectus publicaret̃. Vide q̃ paruo e fonte mendacii ingentia falsitatis flu mina erupint: & sane (ut de me fatear) postq̃ cer tior factus ꝓmulgatæ huiusce excõmunicatiõis / quanq̃ sciebam Hieronymum & doctrina cumu latissimum / & sanctis moribus clarum / atq; ĩ pri mis obedientissimum / minime tamen credebam e loco tam celebri ꝓdire sñiam : quę saltem ueri si militudine non fulciretur. At legens diplomatis exemplũ / & primori fronte falsæ eum doctrinæ insimulatũ offendens / quem certius certitudine cõperam nũq̃ uel latũ q dem unguẽ a Catholico dogmate recessisset / cãm diligẽtius examinãdã suscepi: & pręter id qđ diximus / tripharĩa defen di eũ posse ab oĩ crimĩs suspitiõe deprehẽdimus.

Cap. IIII. Qđ mādatū fuit impossibile.

EVOCandum ꝓfecto in dubium nō est supra uires ꝓprias / supraq; auctoritatē agere posse neminem: & ob id pœnā / si mandato adiungit̄ / incassum ꝓferri / nec effectū aliquem pariturā / ꝓbauimus hoc supiori libro præter naturæ dictamē etiā auctoritate iuris ciuilis & pōtificii. Potuerit aūt nec ne Hieronymus urbis illius aduena unico uicariatus officio fungens / uertere tot relligiosorum fratrum uoluntates / ut in id concederent / cui ex ꝓfesso aduersabant̄ / Nullus puto sapiēs iudicabit: Repugnarunt nanq; nō minus ipsi Hieronymo / unionem illam quæ tunc ꝓponebatur publicis litteris / uti pestiferam detestantes / addentes se malle extrema pati / q̄ fratribus tam deformatis copulari: quorum tātam uesaniam narrari audiui ab iis q hanc mixtionē affectabant / ut motos se ad ꝓcurandum hoc negocii dicerent ne monasteria ab ipsis habitata / quæ iam spelūcæ latronum euaserant / penitus destruerent̄! Eos autē / q secundū sanctorū Patrum decreta & ꝓbatas ab ecclesia catholica sanctiones uiuere enitunt̄ / inducere ut uelint latronū spelūchas habitare / & deformatis inquinatisq; hominibus se īmiscere factu impossibile est. Quid ergo fuit causæ ut cōmunis hæc repugnātia in solum Hieronymum reiiceret̄? At forte inquient / nihil esse tam arduum / tam diffi

cile qđ non libēter frēs reliqui Hieronymi gratia subiissent. At qui hoc fundo nixi uana argumē tatione deludūť: cū palā sit nec plus dictiōis ha bere eū ī ipsos q̄ iura sibi ꝑmittāt officii: nec (q̄q̄ haberet) astringi posse ut ea uterer̃. Supra. n. ꝓba uimus nullū reddi præcipiēti prelato obnoxiū / nisi ea ratiōe qua præsidet. At ipse Hieronymus Pōtifici hoc ī negotio nō subdit̃ / nisi q̄tenus ex prædicatorū ordine & congregationis eius quę scī Marci nominat̃ / pręses ad tpūs ē: Eatenus aūt ꝓcuratā hāc ferruminationē cōficere potis nō ē / ut dudū ostēdimus: An ridiculū non iudicaret̃ / si aliis fratrū uicariis q de obseruātia dicunt̃ (ita enī appellari consuetū) iussū foret / ut quos sub īꝑio haberēt / eis q conuētuales nomināt̃ / mi scerēt / maxime repugnātibus illis & rem talē ne quaq̄ se laturos ꝓtestantibus. Sane queq̄ extare non puto / mō rōnis capax sit / qui præceptū id uires & hoīs & officii excedere non arbitret̃. Cæ terū dato etiā nū hoc atq; concesso / ut iussus fa ctu facilis iudicet̃ / & q in eis congregationibus sunt / uiuāt sanctissime: Si fratrū tamē suorū col legio id non uideatur / poterit ne quisquā (qđ Dei solius est prærogatiua) eos cogere ut id ue lint & amplectātur? At si hoc supra illius faculta tem erit / qui fieri poterit / ut eosdem compelle re queat perpetua deformatorum fratrum inire consortia.

Capit. V. Qđ exequendum non erat.

VIdimus præceptũ impleri nõ potuisse/ nũc an sua natura eẽt implẽdũ / discqra mus. Cũ puersis nos puerti / cũ sãctis fieri sanctos Dauid monet: Et Xpũs docet / a fer mẽto pharisæorũ / qđ ẽ hypocrisis / enixe cauẽdũ. Præterea qcunq; reformãdis relligionibus cõgre gationibusq; iã collapsis / & diuini amoris igne destitutis opam dederũt / tãtũ abfuit / ut cũ pra uis & deformatis monachis fratribus ue diutur nis cõmertiis implicarẽť: ut ẽt se ab eis sequestra rint / conarẽťq; calorẽ pene emortuũ additis sibi pauculis q idẽ uellẽt nollẽtq; / ueluti fomitibus reparare: ut tãdẽ fere extincta flãma reuocareť / & solito fulgore splendesceret. Scimus hoc ducẽto rũ ãnorũ decursu & eo ẽt minus a plerisq; factita tũ! Nisi .n. a malis boni seiungerẽť / pax relligio sis maxime expetẽda / incassũ quæreretť: Inter bo nos siqdẽ & malos sẽp bellũ: his argui metuẽti bus & odio habẽtibus lucẽ: illis ecclesiã malignã tiũ posis / & cũ ipsis nõ sedẽtibus: quos facilius ẽ pbos corrũpe / q̃ cõtra ab illis eos sanari & inte gros reddi: q̃doqdẽ pomorũ aceruus ab unius marcidi cõtagio maculať / uuaq; cõspecta liuorẽ ducit ab uua. Et sane cũ rei huiusce merita ppen dũť / tolerabilius malũ qđ ex hac mixtiõe q iã re formati sũt / paterẽť / uidereť esse ĩfamia: quã ex deformatorũ cõmertio cõtraherẽt: quæ q̃ti faciẽ da sit / & oraculo sapientis edidicimus / q docuit habẽdã curã de bono nõie / & ecclesię traditiõe /

q cōtēptores eius crudeles appellauit: qbus faci le patet & noxiū eē relligiōi ꝓbos īprobis copu lari: qđ ipse Hieronymus peculiari demōstrauit apologetico: & illud pręceptū Pōtificis rā & si po tuisset / īpleri nihilominus nō debuisse: Nāq; ius sui q malū claudat / obtēpare nō cōuenit: neq; re gulæ / quā ꝓfessus ē q̃spiā / fas ē moribus aduer sari: queadmodū supra ꝓbauimus. Vnde errorē toleratu indignū ī mādato deprehēdimus / q̃do id & qđ factu īpossibile & qđ minime honestū & salubre / sed & turpe & nocuū esse cōplecteret̃.

¶ Dap. VI. Qđ iure rescripsit. Item liquere eum nunquam censuram incurrisse.

SED Veritatis hostes criminatoresq; po tiori etiam ī loco cōstituo / do eis gra tis nullaq; extorquente rōne / ꝑ cōpto nō haberi / qđ duobus supioribus capitibus ma nifestauimus: Expiamur an alia uia possimus ꝓ phetā nostrū đ faucibus obloquētiū eripe. Quā to enī particularius acta eius negotii examinaue rimus / tāto colliquebit aptius ab re ꝓrsus fuisse in eū qcq̃ esse astructū. Recepto nāq; diplomate quo pęnā statim īcurrēdā / nisi pareret mādato / Pōtifex minabat̃ / hoc ē / nisi cōgregationē quæ scī Marci dicit̃ / cui pręerat / illi quā thusciæ & ro manæ ꝓuinciæ uocabāt / cōglutinaret. Rescripsit eiusmōi unionē subdola mēte a qbusdā Pōtifici oblatā: cū in ea simul & se pseq conarēt̃ quē ex suscepta asserendæ ueritatis cā acerrimo odio in

sectabātur: & rem pnitiosā serere / qua scādalū exori
retur: Cōfectoq; libello / cuius āte meminimus / dedit
ēt epistolas / qbus significabat eā q̄ pcurabātur fer
ruminationē tā diuino honori cōtrariā / q̄ aiarū sa
luti pestilentē. Demū ab eo peti qd̄ præstare nō po
terat: Cōsensu et.n. uniuersorū fratrū opus fore:
Rogaretur ipsi / cōsentientibus .n. repugnare nō pos
se / cōpellere iuitos / & cōtra nitentes sui arbitrii nō
eē. Quæ cū ita sint / qs reuocabit i dubiū / utrū hūc
ab oi culpa isimulati criminis imunē: Siqdē supra
cū de obedientia ageremus / multis modis ostēdi
mus licere subditis a prælati mādatis quæ excōmu
nicationē ānexā gererēt / abstinere / atq; rescribere:
Hoc clamāt iura / hoc eorū iterpretes asseuerātissi
me uolūt / monētq; secūdā iussionē expectādā. Si
aut de mēte pricipis ambigatur aut i exequēdo præ
cepto scādalū maliq; aliqd formidetur: Et præter ea
quæ ibi allata sūt in eādē sniam loqtur Baldus in Iu
stiniani pricipis codicē titulo de usuris. Et Petrus
de ancharano cōsilio ccxxxv. docet cū res aliter se
habet q̄ scribētis mēs presupponat / supsedēdū eē:
licet mādato excōmunicationis latæ snię pena mi
nceatur. At pfidi hoies mādari aliud Hieronymo nō
pcurarunt / scientes ei q iure a primo belli insultu
se defēderat / secūdo ēt & tertio nō defutura ppu
gnacula: sed epistolā extorserūt / cuius ui possent
ostēdere rudibus ipsius negotii / iusta eū pena mul
ctatū / quā & caruisse iustitia & uiribus & illi qcq̄

nõ obfuisse iã arbitror cõprehẽdi: Patrocinãte q̃p pe rõne & suffragãtibus legibus rescripsit / quo fit ut corrogemus nulli eum aut culpæ aut pęnæ sub fuisse: mõ cũ ex epistola nil aliud colligat / q̃ eũ ob inobedientiã cẽsura damnatum / & parte alia iuste iureq; nõ obediuisse a nobis mõstratũ sit / oĩs excõ municatiõis scrupulus & suspitio cum omni metu prius eliminanda est.

¶ Cap. VII. Neq; ei necessariã absolutionem / neq; ab eius cõmunione abstinendũ esse.

AB his cõsequẽs ẽ dclarare nullã ei necessariã absolutionẽ fore / nec ab illius communione ullo pacto abstinẽdũ eẽ. Et sane q̃q̃ ob reuerẽtiã apostoli & sedis sñiam ipsã pe tierit aboleri / id tamen q̃tũ ad se attinet / minime oportuit: ut ex uerbis Gelasii põtificis in libro decretorũ satis abũde edocemur. Postq̃. n. scripsit ad epõs oriẽtales eã sñiam quę iniusta eẽt / ex eo curari nõ debere / ex quo nec apd Deũ nec eius ecclesiã nemo potat iniq̃ sñia grauari / hęc subdit: Ita ergo ea se absolui non desideret / q̃ se nullatenus pcipit obligatũ: Cui mirifice cõsentit rõ / nã solutione ibi opus nõ fore manifestũ / ubi nõ ẽ nodus & ligamẽ tũ: Eos ãt nõ alligari q̃ sũt insõtes / diuus Hieronymus cẽset: Nec Augustinus dissẽtit / docẽs iniusta uĩcula ab iustitia disrũpi: q alibi quoq; testatus ẽ nõ obesse hõi q̃ ex illa tabula uelit eũ delere humana ignorãtia / si d libro uiuẽtiũ nõ dleat iniq̃ cõsciẽtia. Præterea Io. gerson ĩ libello d excõmunicatiõibus

& irregularitatibus affirmat nequaq̃ ligari eũ q a quopiã aut theologo aut iuris interprete respõsũ habuerit / sñiam ĩ se iactatã tenendã timẽdã ue nõ eẽ: presertim dũ bita fuerit rõ ne ignari simplicesq; offẽdãt. At nõ unus mõ iuris aut diuinorũ eloqorũ cõsultus / sed multi ĩ hãc sñiam catuatim iuerũt pperã & iniuria pphetã nostrũ lacessitũ atq; uexatũ / nec qcq̃ ei ob id metuẽdũ: qbus admodũ suffragat decretorũ glosa / ut alia omittã: dũ in. xi. cã lxy. caput tertiæ qõnis ptractãs satis ĩnuit eũ q celebrauerit post excõmunicationẽ ĩiuste latã / nõ debere sustinere aliquã penã: cũ is ad ullã satisfactionẽ cogẽdus nõ sit / q sñiam iniustã pbat / qđ ille epistolis tã latino q̃ materno sermone cõscriptis factitauit / & rõnibus credẽs & supno lumĩe exqsite cernẽs se ab oĩ uĩculo exẽptũ. Ceterũ ut scrupulus oĩs a mentibus ambigẽtiũ trepidãtiũq; extrudat / scire cõuenit / argui eos a diuinis eloquiis q ubi timor nõ est / trepidauerũt: Nequaq̃. n. metuẽdũ ei cõmunicare quẽ nõ solũ emaculata sceleribus uita / & uerisimilibus suspitionibus illibata / deo ac ecclesiæ minime cõtumacẽ / sed ẽt cũ rõnibus multis tũ auctoritatibus ab oĩ calũnia & falsa opinione uindicatũ cõstat. Succurrãt ad exẽplũ trecenti aut circit eiusdẽ ordinis frẽs integerrime uitæ & sãctæ cõuersatiõis / & eorũ aliquot doctrina clari / & iãdiu pbati / non nulliq; a pueris ad decrepitam usq; senectã in collegio prædicatorum fratrũ magna cum laude uiuentes: qui omnes eum alloquuntur / bono

rant / uerentᷣ / obseruant: ipsi ea impendentes cha
ritatis obsequia / quæ prælatis ab his qui gubernā
tur / debita sunt. Crediderimus ne forsitā eos aut
mente captos aut salutis propriæ contemptores
unicaq; collutione cum illo habita / dignos effici
uelle æterna morte: quam ut effugerent / alii maxi
ma patrimonia reliquerunt / alii dignitates et ec
clesiastica beneficia / alii uiginti / alii triginta / alii
quadraginta / atq; etiam quinquaginta annos rel
ligiosæ uitæ mancipati expenderunt: Succurrant
& alii q̄plurimi cum in urbe Florētia tum alibi de
gentes: quibus (quanq̄ in cænobio non uiuunt)
sua salus plurimum ē cordi / ac Christum diligūt /
in eum transformari cupientes / ac iam solitos ad
nomen anathematis exhorrere: quos nec prauo
rum commentitiæ minæ nec subdolæ blāditiæ de
terruerūt ab eius commertio: quem uti hominem
& doctrina & bonitate prudentiaq; refertum ob
seruant: uti parentem diligunt: uti prophetam di
uinum honorant. Hi profecto in propriæ consci
entiæ luce uiderunt / nullo eum spiritali laqueo ir
retitum: qđ ipsum præterq̄ ꝙ hinc & uita ipsius
& conuersatio / inde ꝓsequentium mores & fama
ꝑsuasit ex ipsa etiam causa ob quam excōmunica
tio est publicata / plane confirmatum est. Demum
si anathema aut irregularitas contemptus ue cla
uium Ioanne Gerson auctore non incurrit: dum
aut theologi cuiusdam aut iuris periti auctorita

te monemur / eam quæ irrogata fuerit sñiam nõ tenẽdã / q̃to magis non ligabit q obstãtibus tot præiudiciis tãtũ cõmunicauerit / & maxime fauẽtibus põtificũ decretis & eorum iterpretibus. Ita eni i capite lxv.iii. qõne un decimæ causæ scriptũ uidimus. Nõ ergo ab eius cõmunione abstinẽdũ est / nec ei ab officio cessandũ / in quẽ cognoscit iniq; plata sñia. Et Innocẽtius i secũdũ cap. tituli de sñia excõmunicatiõis libro. vi. docet ei cõmunicãdũ / quẽ manifestũ ẽ iiusta sñia uexatũ / possecq; aliquẽ q ius cõe cõtra se haberet / iiusta sñia peti. Quid? q nono cap. euangelii Ioannis legimus cæcũ illũ ab ortu naturæ donati uisus miraculo pclarũ: quẽ Iudæi maledicẽtes ob Christi nomẽ eliminauerãt / ab eo susceptũ: & nihilominus satis cõstat legẽ Moysi nõ adeo emortuã / qn & seruari posset & deberet: quã ẽt ipse Iesus seruandã præcipiebat / inqens: Sup cathedrã Moysi sederũt scribæ & pharisei: quæ uobis dicũt / facite: quæ aũt faciunt / nolite facere! Dãs itelligere / nullo pacto eorũ uitã / quæ mala erat / trahi in exẽplũ debere: Attamẽ doctrinã seruãdã / si eos apte nõ cõtigeret a uero deuiare / tũ eis nullo pacto acqescẽdũ / nec ab iniustis excõmunicatiõibus metuẽdũ: ut i suscipiẽdo quẽ illuminauerat / cæco faciẽdũ monstrauit: Et alibi / cũ palã discipulis edixit prædixitq; futurũ / ut absq; synagogis fierent.

¶ Cap. ultimũ i quo nõnulla i defẽsi pp hẽ laudẽ afferũt: qbus futuris psequutiõibus resistẽdũ.

Bea quæ attulimus / īnocētiā uiri pphe
tæ tibi arbitror manifestā: atq; etiā his q
opusculū legerint / siq tamē futuri sint:
q uerū defecata sceleribus uita uestigauerint / ple
rūq;. n. quorūpiā mens adeo malitia obtenebrat̄ /
ut q suaptenatura uel ī cōtrouersiarum crepuscu
lo ueritatem exquisite cernerent / q̄doq; iterdiu
soleq; meridiano illucescēte errorum nebulis ca
ligent: quos erroris sui cām sibi nō aliis adscribe
bere decet / q̄doqdē dēptis īpedimētis lux ēt ad
eos puaderet. Scriptū qppe ī sacrís lrís: Exortū ē
ī tenebris lumē rectis. Et alibi / Quā bonus israel
deus iis q recto sūt corde. Quare si diuino lumi
ni nō obstiterint / hęc puto satis supq; futura: Sin
aūt & claudere oculos & obdere auribus cæras
maluerint / quæcūq; aut dicta unq̄ ī ueritatis hu
iusce pbationē / aut ī posterū dicēda incassū q̄tū
ad eos spectat / pferent̄. scripta erūt ad fideles cō
firmādos / atq; ad prauorū uersutias & detegen
das & īpugnādas. Sed cū hæc simulachra sint bel
li pugnæq; ludicræ / atrocis comparatione prelii
qd ei p xpō ineundū est (siqdē futurū sibi predi
xit certamen ingēs / de quo oīo sit triūphaturus:
sed aduersus dupliēe potētiā / sapientiā atq; ma
litiā instructa prius acie / dimicādū) paratos ī sta
tionibus stare cōuenit eos / q uitā istā dserere q̄
ueritatem malūt: atq; armis cōfertos / bellicisq; in
strumentis stipatos classici sonū expectare. Hę p
fecto militū copiæ / qbus exercitus mēdacii pfli
gabit̄: hæ bellicæ machinæ / quarum ui falsitatis

& tepidorũ mẹ̄nia corruent / pensari ꝓphetã ipsũ q̃tũ humana fert ĩfirmitas / Iesũ dominũ imitari / eaq; insistere semita / quæ fuerit priorũ ꝓphetarũ & martyrũ calcata uestigiis: diuini honoris ardẽ tissimũ: salutis aĩarũ sitibũdũ: ĩtrepidũ præterea / atq; oĩs pauoris expertem: Nihil ꝑfecto ĩ eius uita qđ a ꝓbata illa quã ꝓfessus ẽ uiuẽdi norma / deli ret: nihil in doctrina pręter ueritatẽ fidei / puritatẽ xp̃iani ritus / rerũ futurarũ pręnotiõẽs: q̃ adõ cõstãt tenet / p̃dicat & asseuerat / ut ipsa roma Italiaq; pe ne uniuersa ab ĩcępto reuocare illũ ꝓcurãs neq̃q̃ laborauerit: eũdẽq; sæpenumero aggressa mõ ce sim trũcare / mõ pũctim cõfodre uiribus cassæ fue rit. Vnđ cerni nisi exoculatis / datũ ẽ hũc dei mini strũ rerũ futurarũ p̃conẽ / christiãę fidi & ꝓmulga torẽ & ꝓpagatorẽ / eorũq; oĩum q ad supnã hieru salẽ suspirãt peritissimũ ducẽ. Tria oli mecũ ipse co gitãs fidẽ xpi doctrinãq; & gignere & augere sũ cõtemplatus. Lumẽ supnæ demissũ quo ea ĩtuea mur: ad q̃ cernẽda ĩ limitibus nostræ naturæ iã in fectæ đrelicti cæcutiremus: efficacissimæ rõnes ex effectibus desũptæ: miracula atq; ꝓdigia ĩn testi moniũ allata: q̃ oĩa rei ipsius Hieronymi adeo cõ ueniũt / adeo q̃drãt / ut ipsũ simul & xpi sectatorẽ & eius doctrinæ fidũ deprehẽdas ĩterpretẽ. Iumẽ qppe cęlitus missũ ĩ cã ẽ cur illi assẽtiamur: q̃doq dẽ statĩ a plerisq; subscribi ei uiđmus nulla rõe p cepta / nullo uiso ꝓdigio / meræ narratiõi acq̃escẽ tibus: q tamẽ & prudẽtia cumulati & doctrĩa re ferti / nõnullos contra ꝓtinus refragari nec rõnũ molibus cedre nec ꝓdigiis flecti. Quales ãt sũt &

q̄tæ rõnes adſtipulent̄ / cũ aliũde tũ ex Domini
cã beniuieni doctiſſimi & ĩtegerrimi uiri lucubra
tionibus huic muneri dedicatis colligere licet.
Prodigia uero cũ multa tũ magna digniſſimorũ
hoĩum relatu / prædictiões illius & uitæ rectitudi
nẽ roborare extollereq; factus ſũ certior: A meip
ſo quoq; id ꝑpetratũ ab eo uidi / qđ ui naturæ fie
ri nullo pacto poſſe iudicaui: & pleriq; mecũ / qui
bus explorata naturæ poteſtas eandẽ ſñiam tule
rũt: ut tibi olim me narraſſe memini. Hæc & ſimi
lia uero (ut dici ſolet) ueriora q̄q̄ nec diffuſius
tractata nec exactius ꝓbata / utpote q tibi & mi
hi eius uiri amicis & domeſticis ſcribo / habere ad
manũ oportet: qbus & bellare poſſimus / & uince
re. Eam. n. doctrinã quæ chriſtianę oĩ ex parte ſit
cõſona / ĩmo ſimillima / ĩmo eadẽ / licet aliquãto
particularius ꝑ tẽꝑorũ cõditione explicata / uti
lucidiſſimũ iubar affulgẽs huic noſtræ tẽpeſtati
qua rerũ potiũt̄ uitia / uirtutes ĩ uniuerſũ exulãt:
refriguit charitas: deiecta ẽ ſpes: fides elanguit:
Eam inq̄ doctrinã / quæ oĩbus his dãnis afferre
opẽ occepit / Deiq; maximi & optimi ꝓuidentia
atq; clemẽtia uniuerſo iã orbi monſtrata / ut eius
deturpata facies d̄poſitis larualibus ſimulachris
ſe ad ipſã affingẽs uelut ad exẽplar uerã induat
ſpẽm / nõ ſeq / non magnifacere / non extollere
omniq; conatu tueri / non ſani eſſe homĩs / non
ſanus iuret Oreſtes.

F I N I S.



5) = Cop. 4753, Reichl. I. 178

